

alijs impediti fueritis, quo minus ad dictum castrum personaliter accedere valeatis, saltem petrus et Ernelius prefati illuc vadant, quibus de naui expensis et alijs necessarijs in eundo et redeundo providere curetis. Ceterum quia stokholmis per hyemem instantem moram facere proponimus, et reditus de siligine modicos habemus ut scitis, rogamus ut de siligine tributaria dicta wlgariter rughskat, quantum plus dimittere potestis, nobis destinare velitis. cetera autem latorpresencium p. [p: petrus] cuius verbis credatis ad presens. In christo valetis.

2260.

1320 d. 13. Sept.

Kårsta.

Årkebiskop OLOF intygar, huruledes Lagman Birger Persson, å sin sons vägnar, samt hans mågar, Magnus och Ulf Gudmarsson, å sina hustrurs vägnar, medelst s. k. "*lut och kalfa*," sinesemellan delat arfvet efter modren Fru Ingeborg.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

Vniuersis presentes litteras inspecturis. OLAAUS diuina miseracione Archiepiscopus vpsalensis. salutem in domino sempiternam. Noueritis quod anno domini M^o.CCC^o.XX^o. sabbato infra octauas Natiuitatis beate virginis, apud ecclesiam korstæ, constituti in presencia nostra nobiles viri dominus Birgerus Petersson vplandie legifer, vice et nomine filij sui, jsraelis, ex parte vna, ac Magnus gudhmarsson, et wlphe frater eius, generi sui, vice et nomine vxorum suarum, filiarum domini legiferi eiusdem, ex altera, bona omnia et singula, relicta post obitum nobilis domine, domine jngiburghis bone memorie, quondam vxoris ipsius domini legiferi, in quatuor partes subscriptas inter se particione ac diuisione hereditaria dicta wlgariter, lut et kawla, equaliter diuiserunt, ac diuisionem ipsam, coram nobis ac alijs pluribus fide dignis presentibus in communi pretorio, factam hinc inde vnanimiter, publicarunt. Hec igitur bona in partem cesserunt primam, videlicet Grønaskogh, Leggiawi. Aby. ytraaby. Boanes. et floknisrum. Secunda vero pars continet bona ista. videlicet Haghwlsrum. øahult. Mørhult. huluszfarahult. huluszrydh, skersio et fughlem, cum colonijs et adiacencijs bonorum eorundem. In partem autem terciam, ista bona cesserunt, scilicet rydh et wi. cum colonijs eorum et adiacencijs vniuersis. Quarta vero pars bona continet infrascripta, videlicet Dudhrulta, thorp. hiergh. cum insulis et alijs pertinentijs omnibus in Nørrubyghd. hulzsioklo, cum piscatura salmonum in Eem. De premissis igitur partibus iuxta leges et patrie consuetudinem, dominus legifer predictus, elegit ex parte et nomine filij sui prefati, partem primam. Secundam vero partem elegit wlphe gudhmarsson, ex parte vxoris

sue, secundogenite domini legiferi predicti. terciam insuper partem elegit Magnus gudhmarsson ex parte et nomine vxoris sue, videlicet terciogenite eiusdem domini legiferi, Quarta autem pars residua, cessit iterum filio predicto, domini legiferi memorati. Adhibita eciam fuit super diuisione premissa, receptio firmariorum et testium, quorum nomina inferius subsequuntur. videlicet, domini, Nicolaus cristine, et benedictus gregorij, canonici vpsalenses. jtem, johannes philippi de frøsendum, Andreas de husabyernawi, rangwastus de Nerdhatunum. Arnoldus de riell, johannes de garn. thomas de korsta. petrus de feringiatunum. et johannes de litlene. Nicolaus petri et Bero Margarete, presbiteri. Jtem johannes ottason. johannes clemetsson. philippus laurensson. offradus jacobsson. johannes finnwidhason. hemingus gregorisson. Gero de litisby. Olauus de løghambre. Nicolaus et jordanus de østby. nicolaus gerdharsson et aszerus siggason. In premissorum igitur testimonium, sigillum nostrum, ad petitionem et instanciam, domini B. legiferi. Magni et Wlphonis predictorum, presentibus est appensum. Datum Anno, die et loco supradictis.

Sigillet på en ur brefvet klippt remsa, hvilken blifvit afrifven och sedermera fastsydd.

2261.

1320 d. 1 Oct.

Bohus.

Hertiginnan INGEBORG förklarar, å egna och Konung Magni samt Sveriges rikets vägnar, Rigas borgare fria från deras skuld till den aflidne Hertig Erik för gräverk, hvaremot Konungen, Hertiginnan och riket skola vara fria från nämnde Hertigs skuld till dem för spannemål.

Brocmans afskr. i 4:o på Kongl. Bibl. *)

Omnibus presens scriptum cernentibus INGIBURGIS Dei gracia Ducissa Sweorum, Relicta Domini Ducis Erici Salutem in Domino sempiternam. Nouerint vniuersi, quod nos viros honorabiles et discretos Ciues Righenses omnes et singulos super variis pellibus, in quibus quondam marito nostro karissimo Domino Erico Duci Sweorum, bone memorie, obligati tenebantur, liberos, ex parte filii nostri dilectissimi Domini Magni Regis suecie et Noruegie illustris ex parte nostra et tocius Regni Swecie tenore presencium dimittimus et quittatos, ita quod predictus filius noster Dominus Rex, nos et omnes regni suecie incole, pro siligine in quo prefatus quondam maritus noster Dominus Dux E. prenominitis ciuibus Righensibus obligatus tenebatur, liberi ex parte eorundem ciuium Righensium omnium et singulorum esse debeamus in perpetuum et quittati. In cuius rei testimonium sigillum memorati Domini Regis Noruegie et Swecie filii nostri karissimi et sigillum

*) Med anteckning i brädden: "Orig. membr. in Arch. secret. Rigensi." Jemförd med en officiel afskrift, i *Lib. privit. Reg.* p. 367, i K. Riks Archivet.